

## Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||  
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque  
Academiæ subtilium Antesignani, || Quæstiones Quarti ...**

**Duns Scotus, Johannes**

**Venetiis, 1580**

**DISTIN. XXIII.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150224**

§42 Libri Distin. Questio.

**A**totum præteriorum. ¶ Ad secundum isto modo est intelligenda auctoritas Iacobi, quā tum ad damnationem, quæ est generalis pena omnium peccatorū mortalium, factus est omnium reus vel aliter, & in idem reddit, quantum ad auersionem a fine vitio, que est communis omni peccato mortali, sed non est intelligendum, ¶ factus est omnium reus, quantum ad grauitates speciales singulorū, & nullo modo quantum ad illas grauitates eisdem in numero, vel in specie. ¶ Ad aliud. Vno modo potest dici, ¶ si contritus prius contemnit postea confiteari, peccat nouo peccato mortali in illo contemptu, nec tamen reddit culpa dimissa per contritionem, neque inquit rexit quādum ad malitiam, nec quantum ad reatum, sed semper sola poena manet temporalis debita illi, licer poena damnationis debetur nouo peccato mortali. ¶ Alio modo posset dici, ¶ quādo pro peccato habetur poena completa, intellige completa quantum ad tres partes pœnitentia, contritionem, confessio nem, & satisfactionē, tunc commutata est poena damnationis in pœnam temporalē: non sicut autem de peccato, de quo habetur contritus sine alijs duabus partibus pœnitentie. ¶ Sed prima responsio est convenientior, quia peccatum in contritione simpliciter deletur. ita ¶ nō manet nisi obligatio ad pœnam temporalē, & si post sequatur contemptus satisfactionis, seu confessionis, nouum peccatum mortale est, & aggravatum propter culpam priorē in contritione dimissam. ¶ Ad aliud dico, ¶ nō potest redire eadem tenebra numero saltem per naturam, quia ita non potest esse eadem negatio, sicut nec eadem affirmatio, posita interruptione hinc & inde. ¶ Ad probationem dico, ¶ ad vnitatem priuationis nō sufficit vnitatis subiecti, & habitus oppositi, sed requiriunt vnitatis continuitatē eisdem in subiecto, eo modo quo potest habere esse in subiecto, patet hoc per simile, quia ad vnitatem negationis non sufficit vnitatis affirmationis, nam non sunt fontes, ita & priuatione potest esse eisdem formae, & tamen non eadem, potest etiam esse in eodem subiecto plurificata, si sit interrupta, sicut & habitus eius est plurificatus, si cum interrupcione inter esset illi subiecto, siue eum pœnarium, siue priuationum, vel negotiorum idem numero reparare hoc (sicut dicetur in materia de resurrectione) solius est potest infinitus Dei, cui sit gloria.

P R A E T E R P R A E M I S S A  
E S T E T I A M A L I V D  
S A C R A M E N T U M &c.

D I S T I N . X X : I I .

Q VÆSTIO VNICA.

V e r u m e x t r o m a v n d i o s i s s e c r e m  
t i m o n i a l e g i s .



I R C A hanc dicit,  
23. quaro hæc ques-  
tionem includen-  
tem totam mate-  
riam dist. ¶ Vnum

**A** extrema vncio sit sacramentum nouæ legis q[uod] non omnia sacramenta nouæ legis sive instituta a Christo, supra distin. i. q. 3. sed siue videtur institutum fuisse a Iacobus in sua canonica. s. c. si institutum quis interveneret inducat presbyteros, & orent super eum &c. Item sacramentum vnnum habet unam materiam, & unam formam, hoc autem secundum q[uod] ministratur ab ecclesia habet multas materias, q[uia] multis vnciones, & multis formas, quia multis orationes coniunctas multis vncionibus. ¶ Opus possum magister in litera.

**H**I C S V N T D V O videntur. q[uod] Primo, q[uod] possibile est esse aliquod sacramentum nouæ legis, quod sit signum efficacis finalis remissionis venialium, quod congruit, & hoc factum est. ¶ Secundo, q[uod] extrema vncio est tale sacramentum, & de totali ratione extrema vncionis.

**P**RIMVM SIC, possibile est Deum finaliter remittere veniam, ergo possibile est sibi institutum signum efficacis illius remissionis, consequentia patet, quia possibile est hominem instituire signum efficacis practicum cuiuscunq[ue] operis sui, ergo multo forius est Deo possibile, & ita potest quo decunque signum sensibile, cuius institutio non includit contradictionem, instituire tranquillum signum practicum efficacissimum effectus. ¶ Hoc etiam congruum est, recessum, s. ab hac vita finaliter a venialibus aboliri, quia ista non remissa, est semper impedimentum glorie consequendi, & non remissa possunt esse vsque ad exitum, quia peccator quasi continue peccat talibus peccatis. ¶ Hoc etiam fa-

ctum est, probatur ex illo verbo C  
Iac. 5. si in peccatis est remittitur ei, non intelligit de mortali bus, quia haec non remittuntur, nisi in baptismo, vel poenitentia, ergo de venialibus, sit ergo prima conclusio, q[uod] respectu finalis remissionis venialium conuenit esse, & potest esse, & est sacramentum nouæ legis.

**D**E SECUND A conclusione principali dicendum, ¶ illud sacramentum vocatur extrema vncio, cuius assignari potest ratio talis. Extrema vncio est vnde hominis infirmi penitentis, facta in determinatis partibus corporis, cum oleo consecrato ab episcopo, ministrata a sacerdote, simul verba certa cum intentione debita proferente, ex institutione diuina, efficaciter significans curationem finaliem venialum. ¶ Ita ratio appetit bona, quia non est in se fallax, ex. ¶ Metaphys. c. 17. quia nulla pars eius repugnat alteri. ¶ Exponendo ergo partes. q[uod] Primo ponitur, q[uod] est vncio, cuius congruentia est, quia istud signum sensibile congruit effectui, s. interiori vncioni curatiua. ¶ Subdiu hominis infirmi. Ideo non debet conferri fano, nec qualitercunque exposito periculo mortis, quia non ei cui imminet mors ex periculo extrinseco violencia, ut armorum, vel submersio, vel huiusmodi, nec qualitercunque in infirmo, sed periculo, ita q[uod] probabiliter immineat sibi exitus de statu viatoris ad terminum. ¶ Quod additur, penitentis, pacis, quia nullus est capax istius sacramenti digne, nisi sit in gratia. Istud enim sacramentum non est remedium acquirendi gratiam, quia ad hoc sunt

**A** tantum baptismus, & poenitentia. Et ex hoc excluduntur non vientes ratione, ut parvuli, & qui non habent materiam poenitentia, taliter qui non habent poenitentiam de venialibus, ut perfecte innocentes, quia etiam non vientes ratione, non possunt esse poenitentes, excluduntur furiosi, & amentes, & hoc nisi per voluntatem praecedentem expressam presumantur illud velle. ¶ Quod additur in determinatis partibus. Ista partes sunt organa potentiarum, per quarum actus pecatur frequenter venialiter, ut propter organa quinque sensuum, & potentiarum motuum, & hoc aliquando respectu cuiusdem sensus, vel potentiarum geminatarum, ut organa potentiarum visuorum, oculi duo, organa potentiarum audituorum, duas aures, organa potentiarum olfatiuorum, narres, organa potentiarum tactuorum, manus. Et sic istis praeceptis sicut germinantur organa, ita germinantur vñctiones, organum gustus est lingua, in qua non sit propter abominationem tollendam vñctio, sed exterius super os, propter autem organum potentiae generatiue sit vñctio ad lumbos, iuxta illud Gregorii super illud Luc. Sint lumbi vestri praecincti &c. viris inquit luxuria in lumbis est. Propter organum motuum, quantum ad progressiuam, qua est principialis motuua sit duplex inunctio in duobus pedibus, tanquam organis ad illum motum ordinatis. Alia motione, qua frequenter peccauerit est motione linguae, iuxta illud lac. 5. Qui non offendit verbo, hic perfectus est vir, & multa alia ibi. Et contra istud est vñctio oris, ita quod ipsa est remedium contra duplex peccatum veniale, sicut

**B** lingua congruit in duo opera. D natura secundo de anima in gustom, & loquaciam. Sunt ergo. 14. 12. vñctiones, & partiales, sed aliæ sunt geminatae quasi una, ita quod sunt septem principales, quia in organis quinque sensuum, sexta in organo principali potest motu progreſſu, septima in organo principali generativa. ¶ Sequitur cum oleo, nec operatur sibi esse aliquid confectum ex oleo, & balsamo, ut in matre confirmationis, quia confirmationis est ad confessionem & confirmationem fidei. Et ideo in confirmato requiritur non tantum puritas conscientia significata per oleum, sed odor bona fama significatus per balsamum: sed huic qui habet exire in breui de via ad terminum sufficit conscientia pura. Conferatio autem episcopalis est necessaria ad hoc, ut sit materia apta, quia communiter in sacramentis constitutis ut illis, solus baptismus non requirit materia specialiter consecratam, quia Christus tamen mandissima carnis sua, quando voluit a Iohanne baptizari, tonitruum confererat, hoc est in vnum istum dedicauit. ¶ Quod autem sequitur, ministratur a sacerdote, exprimit minister idoneum, non solum qui licite necceat, sed qui solus sacramentum ministret, ita quod si alius attarent, nihil facit, sicut si non factos attenter conficeret, nihil facit. Determinatio autem huius ministri habetur illud lac. 5. inducant presbyteros. ¶ Quod sequuntur, verba debita simul cum intentione debita proficiente, pertinent ad formam huius sacramenti, & similitatem eius cum materia, & intentione

A ministris. Similas, & intentio expota sunt satis supra in materia de baptismo. ¶ Forma autem hec iuxplex. ad 7. vnitates principales est. Per istam sanctam vunctionem, & suam pessimum misericordiam, parcat tibi dominus quicquid narium, lingua, tactus, vel huiusmodi virtutio deliquisti. Ista ratio posita completa est, quia continet sulceptum, quia hominem penitentem infirmum, & hoc in partibus determinatis prius expressa, & materiam remotam, scilicet oleum confectum ab episcopo, vel proximam ipsam vunctionem factam cum olio, & hoc septenariam principalem, & duodenariam compunctione, continet omnes partiales. Continet etiam formam, quia certa verba, i.e. septem orationes, a sacerdote, cum 7. vunctionibus principaliibus proferendas. Continet etiam munistrum, quia sacerdotem. Et hoc colligitur ut dictum est Iacob. 5. Vngentes oleo sancto &c.

A D P R I M V M dicitur hoc sacramentum fuisse institutum a Christo, ut supra patuit distinc. & q. praeeditis. Iacobus autem non erat nisi promulgator sue praece huius sacramenti a Christo instituti. ¶ Ad secundum dico, quod est vnum sacramentum unitate integratatis, sed non unitate indivisibilitatis, sicut effectus eius non est vnu indivisibiliter, quia non remissio vniuersalium, sed vnu unitate plenarie remissionis omnium venialium, ut omnibus remissis nihil remaneat retardans a perceptione beatitudinis, quam nobis concedat &c.

N V N C A D C O N S I D E -  
R A T I O N E M S A -  
C R A E &c.

D I S T . X X I I I .

Q V A E S T I O V N I C A .

*Vtrum in ecclesia sint septem ordines, eo modo, quo ordo, vel ordinatio ponitur sacramentum.*



I R C A istam vige- gesimam quartam distinctionem, quare ro vnam quæstio- nem tm. ¶ Vtrum in ecclesia sint septem ordines, eo modo quo ordo, vel ordinatio ponitur sacramentum? qd non, quia tunc in ecclesia essent tredecim sacramenta, quia præter sacramentum ordinis sunt alia sex. ¶ Præterea, quilibet ordo habet characterem sibi propriu. ergo illis septem correspontent septem characteres, conse- quens est falsum, quia aut illi es- sent eiulde sp̄ei, qd est falsum, quia plura accidētia eiulde sp̄ei non possunt esse simul & semel in eodem subiecto, ex 5. Mc. Aut alterius specie, & hoc vt inconueniens, quia in speciebus est essentialis nobilitas maior & minor, non sic videtur assignari posse essentialis, excedentia in istis characteribus.

¶ Præterea in primitiva ec- clesia tantum videntur fuisse duo ordines, sacerdotiu. & diaconatus. siquidem in actibus apostolorum non legimus alios fuisse ordines tunc in ecclesia. ergo nec nūc sunt, quia ecclesia post ips. apostolorū nullū ordine superaddit, quia in isto sacra- mēto, sicut & in alijs oportet in- sco sup. Sen. 4. Mm ue.

*Tex. non  
habebit cō.*